



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

35 Excommunicatione nulla major poena in Ecclesia Dei reperitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

vendas temere occupant, & in rem suam vertunt, cum decimarum solutio debita sit Deo, & qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas invadant. Quapropter præcepit sancta Tridentina synodus omnibus cujuscunq; gradus, & conditionis sint, ad quos decimarum solutio spectat, ut eas, ad quas de jure tenentur in posterum cathedrali, aut quibuscunque aliis ecclesiis, vel personis quibus legitime debentur integrè persoluant. Qui vero eas, aut subtrahunt, aut impediunt, sunt excommunicandi, nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione secuta, absolvi debent, conc. Trid. c. 12. sess. 25. de refor. c. per venit, & c. in aliquibus, de dec.

In causis tamen judicialibus omnes judices ecclesiastici cujuscunque dignitatis existant, quandoque ꝑ executio realis, 34 vel personalis in qualibet parte iudicii propria auctoritate ab ipsis iudicibus fieri poterit, debent, tam in procedendo, quam diffiniendo à censuris ecclesiasticis, seu interdicto abstinere, sed licet eis, si expedire videbitur, in causis civilibus ꝑd forum ecclesiasticum quomodolibet pertinen contra quoscunque etiam laicos per multas pecuniarias, quæ locis piis ibi existentibus, eo ipso, quod exactæ fuerint, assignentur, seu per captionem pignorum, personarumque distractionem, per suos proprios, 36 aut alienos, executores faciendam, si ve etiam per privationem beneficiorum, aliaque juris remedia procedere, & causas diffinire. Sed si executio realis, vel persona 37 lis, advertas reos hac ratione fieri non poterit, sitq; erga iudicem contumacia, tunc eos etiam anathematis mucrone iudex arbitrio suo, præter alias pœnas, ferire poterit, ut statuit conc. Trid. cap. 3. de refor.

ead. sess. 25. & ad formam d. c. quæ servanda est, & non nisi in subsidium, quando executio realis, vel personalis, propria auctoritate fieri non potest, excommunicationis sententia potest promulgari. Navar. in cap. 27. num. 30. de excom. Si vero excommunicatio lata à iudice ecclesiastico, antequàm legitime constet de impedimenti, vel perturbationibus, quibus prohibetur, facere executionem propria auctoritate realem, vel personalem, sit nulla, vel debeat ab eo revocari, vel licite feratur, si ipse conscientie suæ iudicio sentiat, verè adesse huiusmodi impedimenta, perturbationes vel difficultates Congre. Sac. conc. sentit secundum communem sententiam, censurarum sententiam, & excommunicationem validam esse, ideo excommunicatum absolute indigere, nonendum tamen esse Episcopum, ut omni diligentia servetur forma tradita à concilio, ut in decis. super eod. cap. 3. §. 2. & est ratio, quia nulla maior ꝑ pœna excommunicationis, in Ecclesia Dei reperitur, de spiritualibus inquam c. corripuntur, 24 q. 3. & Abb. in c. cum dilectus, n. 6. de hu. quæ vi metusvè cau. si. Sobrie enim & magna circumspectione est promulganda cum experientia doceat, si temere, aut levibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quàm formidari, ꝑ & perniciem potius parere, quam salutem, ut in d. c. 3. in prin. sess. 25. & c. multi, in princ. 2. quæst. 1.

Quapropter monitio ꝑ canonica ac tri-  
na præmitti debet ante illius promulgationem, cap. contingit, & ibi gloss. in verb. tertio, cap. sacros. ubi gloss. in verb. competentis, de sentent. excommunic. & per aliquot dierum intervallum, cap. constitutionem, §. statuimus, eod. tit. in 6. & Felin.